



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 41. Papæ diploma de electionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

§. XLI.

Sæcul.XIII.  
A.C. 1279.

*Papæ diploma de electionibus.*

Interim Papa, ut longæ Ecclesiarum vaccinationis effectus molestos tolleret, <sup>c. Cupientes.</sup> <sup>16. de elec.</sup> constitutionem fecit in hanc sententiam. <sup>in sexto.</sup> Omnes electi ad Ecclesiam, cuius suffragiorum confirmatio a Sede apostolica proxime pendet, intra mensis spatium post cognitam sui electionem in viam se dabunt Romam versus, elapsoque tempore pro distantia locorum ad iter suum necessario intra dies viginti cum omnibus actis suum ad jus pertinentibus ipsi coram nobis comparebunt: alioquin omni jure, quod eis electio dederit, exutus declarabimus. Et quo melius edoceamur de suffragiis, collegium sumptibus sedis vacuae intra idem temporis spatium duos ex electoribus mittet: alioquin excludetur a persecutione causæ, & a beneficiorum suorum fructibus per triennium abstinere jubebitur. Hæc sunt, quæ mihi præcipua videntur in hac sanctione data 13 Decembris an. 1279. Longa & obscura est ob multitudinem exceptionum, conditionumque restrictarum, quibus scatet pro stylo seculi omnes casus singulares prævidere, cunctasque lites prævenire cupientis: id quod dabant occasionem formandi novas. Con-

v. 2. Goff.

G 3

tra

Sæcul XIII. tra efficax modus contrahendi vacatio-  
A.C. 1279. nem Ecclesiarum cathedralium aliarum-

ve erat revenire ad jus antiquum, quo  
electiones in quavis provincia discuti &  
judicari solebant inconsulto Papa.

## §. XLII.

*Renulphus Episcopus Parisensis.*

Dubois  
p. 402.

Eodem tempore Episcopatus Parisinus  
vacabat per decepsum Stephani Tem-  
perii mortui die dominico post festum SS.  
Lipi ac Ægidii, nempe 3<sup>io</sup> Sept. 1279.  
Collegium in illius locum elegit Odonem  
Dionysiopolitanum Doctorem eruditissi-  
mum, sed grandem natu. Quidam Ca-  
nonici electionem impugnabant: fiebant  
appellationes ad Sedem apostolicam: &  
Odo Romam ibat, ut eas dirimi cura-  
ret. Papa, expensa re gravem electi-  
tatem videns, quæ inter alia ex tremo-  
lis ejus manibus apparebat, infirmavit  
electionem: sed antequam hoc divulga-  
retur, Odo jure suo cessit. Tum Papa  
& Cardinales electionem novam Colle-  
gio Parisensi haud relinquendam duce-  
bant, ne diu nimium vacaret Ecclesia-  
tam spectabilis. Idcirco Papa collatio-  
nem ejus sibi reservavit, eique præfecit  
Joaninem Allevium notiorem sub Joani-  
nis Aurelianensis nomine, Parisiensis Ec-  
clesiae